

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE
D I A B E T E

DISPUTATIO MEDICA

DE GEORGI BAIRD, S. T. P.

INAUGURALIS,

DE

D I A B E T E.

JOHNES FITZGERALD, A. B.

PROFESSOR

OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

PRINTED BY THE UNIVERSITY OF TORONTO PRESS

1880

ST. JOHN'S COLLEGE, TORONTO

1880

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

DIABETE;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET

NORILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

PRO

GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

JOANNES FITZGERALD, A. B.

VIRGINIENSIS,

SOCIET. REG. PHYS. EDIN. SOC. HON.

“Miseris succurrere disco.”

Ad diem 12. Septembris, horâ locoque solitis.

EDINBURGI:

EXCUDEBANT ADAMUS NEILL ET SOCIJ,

MDCCC.

Digitized by the Internet Archive
in 2020 with funding from
Wellcome Library

PATRI SUO OPTIMO,

INDULGENTISSIMO,

GULIELMO FITZGERALD;

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS,

PARVULUM QUIDEM,

SED GRATI ANIMI,

TESTIMONIUM,

SACRAS

VULT

AUCTOR.

DISPUTATIO MEDICA

DE

IN AUGURALS

INDULGENTIA

DE

GUILIELMO FLENGERIALD
D I A B E T E

HABERE STUDIORUM PERMITTAS

PARVULO GUIDO

P R O P O S I T I O N E

Disputationem aliquam, quae ad
in ad summam dignitatem medicam gra-
tum sit, scribendi necessitate affectus; il-
lud corporis vitium, quod quidam medicos Dia-
betes audit, ob miram metamorphosin in pus-
scentiam ante omnia vitia ardet. Nihil equi-
dem novi rei tam difficili allatum me spon-
deo, spero tamen fore, ut clarior huius alme-

Academiae
A
A U G U R O R .

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

DIABETE.

PROOEMIUM.

DISPUTATIONEM aliquam, quò aditus mihi ad summum dignitatis medicæ gradum fit, scribendi necessitate astrictus; illud corporis vitium, quod apud medicos Diabetes audit, ob miram metamorphosin in quâ lascivit, ante omnia mihi arrisit. Nihil equidem novi rei tam difficili allaturum me spondeo; spero tamen fore, ut clari hujus almæ

A

Academiæ,

Academiæ, hinc usque ad fidera notæ, Doctores, id tyroni vitio non vertant.

HISTORIA.

DIABETES veteribus innotuit. GALENUS inquit: “ Equidem eum bis vidi, supra modum sitientibus, infirmis, atque idcirco affatim bibentibus, celeriterque per urinam reddentibus epotum tale, quale biberant *.”

Complures, qui infra hunc clarum medicum fuerunt, diversas morbi, de quo agitur, definitiones literis mandârunt: quò variæ eorum de ejus naturâ sententiæ oculis subjiciantur, auctores ipsos hîc citare ad rem nostram fore ducimus.

Nosologiæ pater, malum sic finit:

1. “ Subitò post pastum, potulentorum, cum magna siti, per urinæ vias emissio †.”

2. “ Urinæ

* De Locis Affectis, lib. vi. cap. 3.

† SAUVAGES, Nosol. Method. clas. ix. ord. iii. gen. 264.

2. “ Urinæ copiosissimæ frequens micturitiæ *.”

3. “ Immodicum urinæ profluvium diuturnum, sub quo corpus contabescit †.”

4. “ Subita potûs omnis per urinæ vias emissio, vel urinarum utcunque coctarum nimia profusio, cum siti, anorexia et polydipsia ‡.”

5. “ Urinæ, plerumque præternaturalis copia immodica, profusio chronica.” Cujus species duæ ab hoc auctore traduntur :

“ Diabetes *mellitus*, cum colore, odore, et sapore melleo.”

“ Diabetes *insipidus*, cum urina limpida, non dulci ||.”

6. “ Urina aucta et subdulcis ; fitis perpetua ; cutis arida et plerumque squammosa §.”

7 “ Desiderium

* LINNÆUS, Nosol. Method. clas. IX. ord. iv. gen. 198.

† VOGELIUS, Nosol. Method. clas. II. ord. ii. gen. 115.

‡ SAGARUS, Nosol. Method. clas. v. ord. iv. gen. 199.

|| CULLENUS, Nosol. Method. clas. II. ord. iii. gen. 62.

§ HOME, Clin. Hist. et Exper. p. 297.

7. “ Desiderium cibi inexplebile ; fitis perpetua ; urina aucta et subdulcis ; pulsus frequens ; calor parùm auctus ; cutis arida ; cum marcore *.”

Quamvis CULLENUS duas diabetæ species existere posuit, et urina interdum insipida est, ut Professores GREGORY, DUNCAN, LEISTER, aliique medici, observârunt ; hæc tamen varietas potiùs habendum, nobis videtur.

Sunt quidem, qui lotii dulcedinem indivulsam morbi naturæ comitem, gustu interdum non percipiendam licèt, opinantur ; alia enim species, inquit, in aliam nonnunquam convertitur, illasque igitur gradu tantùm distare verisimile videtur.

Utcunque sit, diabetin adeste, ubi urinæ fluxus debilitatem ingentem, maciem, atrophiamque parit, inter omnes jam convenit : de tabefica

* ROLLO, vol. i. p. 259.

befica hac lotii conditione, auctor peritus sic scribit : “ A mictu cruento, ad nimiam urinæ profusionem progredimur ; non quamcunque, (nam sæpe in hydropis, aut acutorum morborum solutione, aut post perspirationem cohibitam, aut uberiores potum, spasmosque hypochondriacos aut hystericos, innoxie profunditur), sed ad eam, quæ vires prostermit, corpus tabefacit, atque siti inextinguibili extorret *.”

Diabetes nulli ferè ætati parcit ; provecram verò frequentius adoritur : modò exitium breve offert ; modò autem, in plures annos productus, miseros lentâ valetudine conficit.

Hæc de generali affectionis typo præfatus, quò natura ejus pleniùs enucleatur,

SYMPTOMATA

Specialiùs et uberiùs tradamus oportet. Morbus autem adeò tacitè interdum obrepit,
ut

* BURSERIUS.

ut nullæ ejus notæ percipi possint : infigne hujus rei exemplum, in Commentario, cui titulus *London Medical Journal*, proditur *. In plerisque exemplis nulla signa gravia per plures septimanas, aut etiam menses, percipiuntur : æger tandem sitim questus, urinam ultra modum augeri sentit : hoc autem, causam hallucinatus, potui solito majori, sitim restinguendi gratiâ sumpto, tribuit. Lumborum etiam dolor atque molestia, mali ineuntis indicia interdum existunt ; hæc *lumbaginem* ratus pariter decipi solet.

His signis paulatim ingravescentibus, aliisque mali propriis supervenientibus, valetudinis curâ demum augetur. Morbo ulteriùs progresso, urinæ modus non solum augetur, sed qualitates etiam mutantur : color ejus fit leviter stramineus ; sapor ferè semper dulcis evadit ; et aroma solitum evanescit. Cibi appetentia intenditur ; musculorum autem vires convelluntur :

* Vol. ix. p. iii. art. 4.

convelluntur : fitis inexplebilis, lingua albida, fauces aridæ, et saliva lenta, evadunt. Cutis etiam aret ; capitisque dolor et vertigo subinde miserum fatigant : sapor acidus interdum sentitur.

Omnia hæc symptomata, diabetæ indices minimè dubitandi, magis magisque ingravescunt : fitis indomita urget ; saliva, mirè tenax, vix excreari potest ; gingivæ jam tumidæ, colore florido-rubro inficiuntur ; dentium hebetudo sæpe adest ; alvus comprimitur ; stercus albescit, aut viridè pallet, nec foetet* ; cutis arida, pergaminæ instar, induret ; arteriarum pulsus, imbecilli admodum, et frequentes, evadunt ; ponderis, et frigoris non rarò, sensus in lumbis sentitur ; motusque globi quasi in abdomine sursum volutati, qualis hysteriam insignit, interdum percipitur † ; corpus macie

mirum

* ROLLO's Cafes.

† DARWIN's Zoonomia, vol. i.

mirum in modum corrumpitur, et animus insigniter depressus est.

His mali indicibus plùs minúsve diu perstantibus, mors tandem atris circumvolat alis : omnia symptomata ad summam inveterationem festinant : porrò calor insolitus, ventriculum et intestina, palmas, pedumque plantas, jam torret : variæ cutis partes exuvias squameas ponit : frequens urinæ fluxus, partium externarum, quæ cuticulâ nudantur, tumorem, acutumque dolorem, comites habet : multis in exemplis urinæ incontinentia adest : quibusdam abdomen tumet, humorisque intus fluctuantis sensum percipitur : talique et pedes non rarò tument. Arteriæ centies vicies et ampliùs, minuto horæ primo vertente, micant : æger macie torridus fit ; corpus sudore diffluit : hæc, cæteraque febris hecticæ indicia ingravescentia, ad mortem usque perstant.

Tempus, quod diabetes durat, admodum varium est : cursum interdum adedò citò conficit, ut ægrum quatuor aut sex hebdomadarum

spatio

ipatio rapiat ; sæpius autem in multos menses protrahitur : nec defunt exempla, quæ plures annos continuos perfliterunt.

Lotii quantitas diabete laborantibus, aliis exemplis alia est : a libris octo indies ad viginti quatuor plerumque variat ; FRANK exemplum narrat, in quo urinæ copia quotidie reddita, libras quinquaginta duo adæquabat : alii auctores quantitatem adhuc majorem quotidie emissam memorant : contrà, lotii quantitas, saccharo licet imbuti, interdum minuitur *.

Cibus etiam atque potus hoc malo affectis sumpti, quantitate haud parùm variantur : lotii autem copię pro ratâ plerumque respondent : hoc autem minimè perpetuum est : nec defunt ægrorum exempla, quorum alii potulenta, alii verò esculenta, fastidiêrunt.

Urinæ quantitas et natura summam medicorum attentionem sibi vindicant : gustu ferè

B

semper

* RICHTER's Obser.

semper subdulcis est ; color leviter citrinus ; odorque subacidus existunt : fermentata vinosa fit, alcohol igne subiecto præbat. Unciæ sexdecim urinæ, in vasis idoneis peritè calefactis, vaporatæ insignem sacchari concreti ac solidi vim, ad unciam vel fescunciam dant. Sacchari sic parati color subfuscus : sapor autem nauseosus est : aquâ facilè dissolvitur hæc materia : non cogetur igne neque acidorum viribus ; oxydatione in acidum oxalicum mutatur*.

Urina, ut suprâ diximus, interdum limpida et insipida mingitur : hæc igitur lotii varietas nihil sacchari habet : et urinæ color, quibusdam in exemplis albidus, chyli instar, fuit.

De sanguinis diabete laborantium naturâ, inter medicos parùm convenit. DOBSON ingeniosus cruoris serum gustu amarum esse afferit : HOME pater inquit, “ The serum was saline and natural †.” HOPE rem quinquies, ni fal-

lor

* HOME, Clin. Exper.

† Ibid.

lor, scrutatus, dicit : “ The serum of the blood was of its natural colour ; it contained in it a portion of the lymph, which coagulated by agitation and exposure to the air. The taste of it, as usual, was faintly saline. When evaporated, it formed a mass of a gelatinous consistence, in which the saline taste was strong, without the *smallest mixture of sweetness*. The crassamentum was partially covered with a slightly coherent gelatinous coat. The red particles scarcely cohered together *.”

ROLLO, experimentis de hac re non ita pridem factis, scribit : “ Two portions of blood, of about four ounces each, were taken from the same vein, and at the same time : on standing in the inside of a window fronting the north, (the thermometer of FAHRENHEIT in the air being fifty-five), the appearances resembled exactly those described by DOBSON, except that the serum did not impart a sensible

* HOPE'S Clin. Diar. Dec. 1796.

sibly sweet taste: to me it tasted as whey, with a greater than necessary proportion of rennet. The crassamentum of the first cup had a slight buff, rather less serum than natural, and which was opaquely whitish: the crassamentum of the second cup had more of the buffy coat. The buffy coat of both cups was of a bluish colour, similar to what mercury sometimes produces.

“ On the same day, a portion of healthy blood was taken, and placed under the same circumstances of temperature, &c. and in the same room with one of the portions of diabetic blood. In two days the diabetic blood assumed a caseous appearance on the surface, which disappeared with the evaporation of the serum, and the whole mass became dry and resinous in appearance, without having undergone, (unless the throwing out a slight animal smell for two or three days, with a mould on the surface of the crassamentum, be supposed

marks

marks of it), any apparent putrefactive process; and in sixteen days from the operation it remained in the same state; whereas the healthy blood exhibited evident marks of great putrefaction in four days, and was obliged to be thrown away on the seventh *."

Hinc diabete laborantium cruorem mutationem insignem subire, nullam ferè ad putredinem proclivitatem exhibere, feri quantitatem minui, saporemque ad feri lactis naturam accedere, patet.

CADAVERUM INCISIO.

QUAMVIS cadaverum scrutatio morbos ex tenebris haud rarò eruit, haud multùm tamen luminis diabetæ causis et naturæ inde affulgere lugendum est. In omni autem ferè cadaveris

* Notes on Diabetic Cases.

veris incisi exemplo, renes a statu naturali haud parùm aberrârunt; flaccidi, tumidi, et præter naturam pallidi, reperti sunt; et eorum vasa solito capaciora evaserunt; et calculi in eis interdum inveniuntur*. Vesicæ capacitas, et parietum ejus crassitudo, augentur; mesenterii et mesocoli glandulæ interdum tument. MEAD hepar mole semper auctum se vidisse narrat; hoc CULLENUS negans inquit, "In twenty instances which I have seen, there was not any evident affection of the liver †." SWIETEN renes non solum naturali majores et laxiores fieri; sed sudorem etiam subacidum diffundere, narrat. HOME, ægri diabete inveterato mortui cadaver scrutatus, scribit: "On examining the kidneys, the left was larger than natural, and its substance softer. There was no uncommon appearance in the right kidney, except a greater degree of softness. The substance of both kidneys had a sour odour. The

* Sepulchret. Anat. BONETTI.

† First Lines, vol. iv.

The ureters were of a natural size. The coats of the bladder were stronger than common, &c. All the glands of the mesentery and mesocolon were enlarged, of a pale colour, and firm consistence. The vascular system of the mesentery was rather large. The liver was natural, and had some firm adhesions to the colon. The large intestines were much loaded with hardened fæces. The rest of the abdominal and thoracic viscera was natural*.”

CAUSÆ REMOTÆ.

MAGNA diabetæ causarum varietas ab auctoribus memorantur: quarum præcipuæ sunt, vini, spiritûsve ejus, abusus; cœlum humidum; frigus corpori calenti admotum; dieta ex frugibus, præsertim quæ saccharo abundant; renum irritatio, cujus variæ enumerantur causæ, calculi,

* Clin. Exper. and Hist. p. 310.

calculi, putà, lumbago, inflammatio, abscessus, medicamina urinam nimis cientia ; potûs nimirùm aquosi, tepidi præfertim, thææ scilicet et coffææ, abusus ; vina acidula, Rhenarum imprimis, aquæ ferratæ, aliæve per metalli venas fluentes, uberiùs epotæ : his annumerantur, fæces intestinis accumulatae, intemperantia libidinis, podagra repulsa, mœstitia, aliique affectus animi deprimentis, et omnia quæ corpus debilitant.

Corpus autem his noxis sæpe, morbo, de quo agitur, haud concitato, objicitur ; imò malum, nullâ causâ manifestâ admotâ, ferè semper nascitur. CULLENUS remotas diabetæ vicies visi, licèt causas nunquam pro certo investigare potuit. Omnium autem causarum, cœli temperies, et humor ejus nimius, imprimis verisimillima mihi videtur.

CAUSA

CAUSA PROXIMA.

HÆC rei pars amplissimum medicinæ contemplativæ campum præbet : hinc variæ theoriæ, ad diabetæ phænomena et originem indaganda, excogitatæ sunt : omnibus autem, quamlibet ingeniosis, multa haud facilè diluenda obijci possunt ; cunctæque igitur opiniones hæcenus prolatae, conjecturæ potiùs nomen quàm theoriæ merentur.

Præcipuæ opiniones hodiernæ sunt tres. Prima est CULLENI, quâ ponitur, “ That no topical affection of the kidneys has a share in producing this disease, and that a fault in the assimilation of the fluids is rather to be blamed ; I conclude from hence, that even the solid food taken in, increases the quantity of urine voided, at the same time with an increase

crease of the saccharine matter *.” HOME pater eandem doctrinam, ingeniosis rationibus munitam, his verbis tradit: “Were I to give a theory, to explain the nature and symptoms of this wonderful disease, I would say, that it arises from a defect of the animal or assimilatory process, by which the aliment is converted into the nature of our body. I have long looked on the excess or defect of this process, as the source of many disorders. All putrid diseases, the scurvy, &c. seem to be owing to its excess; acidity of the stomach, &c. to its defect. Among the latter, the diabetes may be arranged. For, 1st, The remote causes shew it. It arises from what debilitates the body, as moisture, preceding diseases, great evacuations, &c., by which it becomes incapable to assimilate the food. 2^{dly}, The white chylous matter, which is often secreted with the urine, shews that the vegetable part of the
chyle

* First Lines, § MDX.

Chyle is not assimilated. *3^{ly}*, Sugar is found in diabetic urine. Sweet chyle is the first product of the stomachic and intestinal digestion; as chyle in the thoracic duct, and milk, which is a speedy secretion of it, contain much saccharine matter. This is changed in some hours by the animal process into an ammoniacal salt, which is found in all the secretions. But the saccharine salt still remaining in the urine, which is the most perfectly animalized, shews that there is great defect in the animal process. *4^{thly}*, Urine, being of a septic tendency, runs fast into putrefaction; but the diabetic urine turns acidulous, and with, and often without, yeast, undergoes the vinous fermentation.

“ These peculiarities shew its vegetable nature, as vegetable juices alone are capable of the vinous and acetous fermentation*.”

ROLLO

* Clin. Exper. and Hist.

ROLLO eandem ferè sententiam nobis, quibusdam conjecturis auctam, non ita pridem in lucem edidit : de diabete mellito se triumphâsse nobis persuadere videtur : sic enim gloriofius de se prædicat : “ The diabetes mellitus is so far understood as to be successfully cured.” Audiamus Doctorem : “ This disease, therefore, we allege, consists in an increased morbid action of the stomach, with too great a secretion and alteration in the quality of the gastric fluid, producing saccharine matter, and which remains unchanged, by a decomposition of the vegetable matter taken in with the food, and a certain defect of assimilation, as connected with digestion, &c.*.”

Hæc opinio, diabetin nimirum mellitum ex ventriculi, partis canalis alimentarii superiore, vitio pendere, primùm a Doctore LISTER in medium prolata fuit ; nec aliud est quid-
piam.

* ROLLO, vol. i. p. 231.

piam quàm CULLENI et HOMII sententia, conjecturis malefidis variata.

Porrò hæc opinio, utcunque imaginationis præstigiaticis fictionibus suffulciatur, nullam ferè symptomatum rationem justam reddit: nihil inde luminis ingenti urinæ profluvio affulget: tanta est sacchari copia, triginta nimirum unciaë indies in urina reperta*, ut cibum sumptum eandem in gremio suo habuisse poni non possit. Imò lotii quotidiani quantitas, totum cibum et potum, qui assumuntur, interdum superat; quæ binæ res factæ CULLENI opinionem funditùs convellit. At insuper nulla concoctionis impedita testimonia, morbo ineunte, plerumque se ostendunt: viribus malo progrediente infirmatis, tarda sit concoctio, et tum demùm cruditatis signa superveniunt.

Quoad Doctoris LISTER opinionem, quam ROLLO tueri conatur; voracem cibi appetentiam
primum

* ROLLO, vol. ii. p. 74.

primum diabetæ ineuntis indicium esse, minime quidem probatum : nam prima mali indicia plerumque sunt, fitis, et urinæ quantitas præter naturam aucta : vorax igitur cibi potûsque appetentia, pro diabetæ potiùs effectû, quam causâ habenda est. Porro hæc cibi appetentia aliorum morborum comes interdum est ; imò morbo ventriculus peculiari, (bulimiâ), nullis diabetæ indiciis apparentibus, aliquando afficitur. Præterea HOME, asâ-foetidâ diabete laborantibus datâ, voracitatem, cæteris simul signis perstantibus, insigniter repressit. Morbo sæpe in finem flexo, cibi appetentia deficit ; hoc est, causa morbi tolletur ; et idcirco, si opinio, quam ROLLO tuetur, vera foret, æger brevi convalescere deberet : rem autem longè aliter se habere, lugubris experientia docet.

Si, argumentandi gratiâ, ROLLONI appetentiam cibi damnosè auctam, semper adesse paulisper conceditur ; nonne cibi concoctio pro ratâ absolutior jure expectanda est ? Positâ
igitur

igitur ROLLONIS opinatione, fieri non potest, ut elementa cibi melligena, in saccharum, ob concoctionem mancã et imperfectã coëant; et hãc formã in sanguinem, actione venarum bibularum auctã, feratur, per renes tandem separandum.

Nec verò, etiã si saccharum in ventriculo gigni concedamus, inde diabetem oriri jure cogi potest: ROLLO ipse exempla narrat, quæ hanc consecutionem fieri vetant; sacchari libram per plures dies continuos pluribus devorandam dedit; nulla autem sacchari indicia in lotio invenire potuit. Quod magis ad rem est, Professor DUNCAN insignem sacchari copiam diabete insipido laboranti, nullo ejus indice in urina reperto, aliquamdiu dedit*. Servitia nigra magnam in occidentis orbis insulis sacchari vim impunè devorant. Nemo denique saccharum in materia quam diabete affecti interdum evomant, invenire potuit. Ad summam, ROLLO opinationi meræ inniti videtur.

DARWIN,

* Audi Prælect. Clin.

DARWIN, medicus nobilis, diabetem ex retrogrado venarum vesicæ bibularum motu, pendere fingit ; hoc autem imaginationis chimæferæ proles esse videtur ; nec idcirco diutiùs ei immorari operæ pretium duco.

Postrema est eorum doctrina, qui diabetem renum vitio tribunt ; phænomena cadaverum incisione inventa eidem favent ; renes enim flaccidi, tumidi, et præter naturam pallidi, fiunt ; et odorem acidum diffundunt, eorumque vasa naturali capaciora inveniuntur. Cùm autem secretionis doctrina nos penitùs latet, conjecturis solis, et similitudine quæ diabetæ cum aliis morbis est, contenti simus oportet.

Omnes secretiones nimiâ glandularum stimulatione non solum præter naturam augeri, sed etiam naturam, seu qualitates, insigniter interdum mutavi, inter omnes medicos jam convenit : docent salivæ secretio hydrargiri viribus mota, succus gastricus mœstitiâ urgente, ita
corruptus,

corruptus, ut alimentis solvendis ineptus fiat, bilis cæli intemperie vel animi affectibus aucta et vitiata, et humor etiam ex ulceribus emissus, qui modò pus bonum, modò sanies acris, prout corporis et animi conditiones diversæ, existunt. Omnes autem istiusmodi secretiones, ex quâdam ignatâ glandularum vasorum actione pendere videtur. Res eodem ferè modo in diabete se habere, veri haud absimile est. Renum enim vasa, hoc morbo affectis, in novas actiones, unde omnia symptomata pendent, cieri videntur. Miram hanc renum actionem, in nimia vasorum, quæ urinam fecerunt, mobilitate et debilitate, magna ex parte pendere verisimile est: peculiaris autem hujus mobilitatis naturam, nos ignorare fatemur.

Reputanti autem cuncta diabetæ phænomena et similitudinem, quæ lotii secretioni cum cæteris est; sanguinem non solum in extremis arteriarum quæ urinam secernunt ramulis, sed in cæteris omnibus etiam corporis arteriarum

D

sinibus,

finibus, mutationem chymicam subire, mihi persuadetur. Sanguis enim et ejus ferum mirum in modum, ut ROLLONIS experimenta docent, mutantur; ille nullam ferè ad putredinem proclivitatem ostendit; hocque lactis ferum gustu referre videtur.

RATIO SYMPTOMATUM.

NONDUM adeò exculpta est medicina, ut aliquid absoluti super hac rei nostræ parte proferri queat; hîc igitur, ut in aliorum morborum pathologia fieri solet, conjecturis præcipuè innitamur oportet. Signa notatu digniora sunt fitis cutis et alvi ficcitas, lotii dulcedo et copia immodica, totius corporis macies et summa debilitas, et febris hectica.

Sitis, oris, cutis, et alvi ficcitas, ex immodica urinæ copia præcipuè pendere videntur. Quâ enim ratione quævis corporis secretio augetur,

getur, eâdem ferè cæteræ plerumque minui solent. Hydrops signa ferè eadem propter humorum in telæ cellulosæ, reliquaque corporis cava effusionem, comites habet; eorumque explicatio est eadem.

Secretionis lotii immodicæ ratio haud perinde facilis est. Sunt, qui hoc symptomata tribuunt ingenti potûs copiæ quâ miseri ad sitim restringendam se ingurgitant; cùm autem urina non potûs modò, sed cibi etiam quantitatem, plerumque superat, ea rei ratio inepta est.

Alii urinæ redundantiam aëris, humori per bibulas cutis venas exsorpto imputant; complures quidem res factæ, huic opinioni favent. CRUICKSHANKS in egregio de venis bibulis opere inquit: "That the surface of the skin absorbs other fluids, which come in contact with it, I have no doubt. A patient of mine with a stricture of the œsophagus, received nothing, either solid or liquid, into the stomach
for

for *two months*; he was exceedingly thirsty, and complained of making no water. I ordered him the warm bath for an hour evening and morning, for a month; his thirst vanished, and he made water in the same manner as when he used to drink it by the mouth*.

Fructus, quem diabete laborantes ex cutis unctiōne interdum percipiunt, ejusdem opinionis fidem quodammodo facit. Professor GREGORY ægrum, cui corpus oleo fricatum est, dirâ hâc affectione liberavit.

CURRIE, medicus clar., sitim balnei usu temperatam fuisse, in tractatu ingenioso haud ita pridem vulgato expertus est.

Dr RUTHERFORD, inter alios, immodicam lotio quantitatem ex oxygenio aëris inspirati, cum redundante sanguinis hydrogenio conjuncto, pendere opinatur.

Quoad

* Anat. of the Absorbent Vessels.

Quoad urinæ dulcedinem, et odorem subacidum, quem non solum renes, sed etiam sudor diffundit, quemque æger in ore suo interdum sentit; hæc ex mutatione quâdam chymica, quam sanguis in extremis vasorum finibus subit, oriri verisimile mihi videtur. Perpetuus acidi carbonici et lithici, in corpore vivo, et etiam fano, ortus, hanc theoriam admodum verisimilem reddit: Cum enim saccharo et acidis oxygenium principium est commune, morbidam vasorum actionem saccharo gignendo aptam fieri, facile concipere possum.

Ingens lotii profluvium, ex humoribus corporis dissolutis pendere, quibusdam placuit; rem autem longè aliter se habere hinc patet, quòd urina, ut Professor GREGORY, in prælectionibus suis egregiis, narrat, nec calore, nec acido etiam sulphurico addito, cogetur.

Macies, et summa debilitas, ex ingenti urinæ profluvio, pabuloque corporis, prava vasorum

rum

rum aëione, corrupto, proveniunt: febrem denique hecticam, miram debilitatem, et alienam humorum corruptorum stimulationem, præcipuam suam causam agnoscere videtur.

DIAGNOSIS.

SITIS magna, et ingens diuturna que urinæ excretio, diabetem ab omni aliâ affectione facile fecernunt.

Siquem macies insignis, magna que debilitas, nullo alio adversæ valetudinis indice percepto, invadit, diabetem suspicemur, urinamque scrutemur, oportet; quò morbo citius occurratur. Si qualitates lotii propriæ inveniantur, omne de valetudinis indole dubium evanescet. Hoc factu necessarium esse, ex

PROGNOSI

patet; nam, ut HALLERIO accepimus, “ In ardente febre diabetes incurabilis, in aliis ægrè curari

curari potest ; quia non facilè initio deprehendi potest.” Eadem ferè notat LOMMIUS, in-
quiens : “ Cùm recens est, curari interdum po-
test, cùm in vetustatem incidit, nunquam po-
test ; sed corpus liquefacit atque marcore con-
sumit.” Omnium ferè medicorum experi-
entiâ, iudicium lugubrè confirmatur. Quò
plùs materiæ dulcis in lotio invenitur, eò pe-
jus est ; citiùsque venit summa dies. Cibi fa-
stidium, marcor, insomnia, nervorumque disten-
siones, prænuncia mortis indicia sunt. Senes,
quibusque vires intemperantiâ, ebrietate im-
primis, franguntur, brevi interdum rapiuntur :
vita autem plerisque in longum tempus pro-
ducitur.

C U R A T I O.

CAUSÆ remotæ (p. 15.) adèd sunt obscuræ,
ut nullum ferè medendi consilium eis fundari
queat :

queat : hinc curatio magnâ lugendâque difficultate premitur : “ Interest enim,” inquit **CELSUS**, “ fatigatio morbum, an fitis, an frigus, an calor, an vigilia, an fames fecerit ; an cibi vinique abundantia, an intemperantia libidinis.”

Nec minùs nos latet peculiaris ista vasorum extremorum actio, quâ sacchari elementa per sanguinem diffusa, seliguntur quasi, et in novam formam mutantur. Causam igitur proximam, quam protuli, luminis nihil menti præferre, haud dissimulandum est.

Qualescunque autem miranda, illa vasorum actio, ejusque causæ, fuerint, insignem debilitatem, nimiamque corporis mobilitatem, diabætæ comites aut partem esse, inter omnes ferè medicos convenit. Ad auxilia igitur, quæ ægri vires sustinent et reficiunt, sensum sopiunt, motum reprimunt, et signa molestiora levant, statim decurratur necesse est. Nec alibi usquam

quam festinatio magis opus est : principiis ob-
stare est una salus :

—————“ Serò medicina paratur,

“ Cùm mala per longas invaluere moras.”

Carnes virium refectione maximè commen-
dantur : suadetur simul ut æger se cibo ex fru-
gibus parato, quippe in fermentationem pro-
clivi, abstineat. Quamvis medici hoc consilium
ægrotis semper dant, quoties tamen morbus
diætâ ex carnibus maxima ex parte paratâ
utentibus obrepit, frugum usus vetandus non
videtur ; imò jubendus potiùs ; diætæ enim
mutatio novam, aliamque ab illâ melliferâ, in
quâ malum præcipuè consistere videtur, actio-
nem efficere queat. Vina simul generosa peri-
tè data, formidatae artheniæ haud parùm auxi-
liantur. Balnei, imbris factitii præsertim,
usus, auxiliarem contra debilitatem vim habet.
Cinchona etiam officinalis, ferrum, amara, et
modicæ corporis exercitationes, eòdem perti-
nent. HOME carnes diabete laborantibus pri-
mus, ni fallor, dedit : ROLLO eas postea, longè

E feliciùs,

feliciùs, uti ipse afferit, ægris suis præcepit. Cibus, qui facilè diffolvitur et corpus maximè nutriens, sæpe et tempestivè, quò vires certius reficiantur, detur oportet. Inter illa quæ sensum diabete laborantibus efficacissimè sopiunt, sulphuretum hydrogenii ammoniatum eminere videtur. Idem cæteris omnibus palmam præripere, ROLLO nobis confirmat : Sub initio, guttæ tres vel quatuor pro dosi, ter quaterve in die, sumendæ ; quæ, donec symptoma vertiginis evadunt, gradatim augeatur. Ammonix carbonas etiam, a Doctore F. CURRIE, in eximia sua disputatione, plurimùm laudatur* : ad grana decem, urgente languore, dare solebat. Opium, pariter moschus, et æther sulphuricus, eidem consilio respondent. Dr BRESBEN tincturam cantharidum enixè commendat, et tria nobis diabetæ exempla tradit, in quibus eam non sine insigni invaletudinis levatione dedit. Guttas tincturæ decem, bis quotidie, in dies quatuor continuos, dedit ; signis mitescensibus,

dofin

* Disputatio Med. Inaug. Edin. M,DCC,xcviii.

dosin ad viginti, et postea ad triginta, guttas paulatim auxit.

Astringentia etiam, alumen, putà, et extractum catechu, sæpe administrantur: Medicus nobilis, pulveris aluminis compositi drachmam dimidiam, alterâ quâque horâ, et aquæ calcis libras sex indies sumendas, simul dedit*.

Sulphas quoque zinci, digitalis purpurea, compluraque alia remedia, ab auctoribus memorantur: cùm autem nullos bonos, quòd scimus, effectus edant, eadem ulteriùs exequi vix operæ pretium ducimus.

Vomitoria a quibusdam data sunt: nulla autem exitùs felicitis testimonia, inde nati, literis mandantur.

Signa molestiora præcipuè levanda sunt, sitis, alvi pigritia, et insignis interdum lumborum

* GREGORY, Clin. Diar. suprâ citat.

rum molestia. Quidem, edacitatem sitemque temperandi causâ, sulphureti potassæ pauxillum æquæ cyatho dissolutum, præcipiunt: sic cavetur, ne æger potu immodico se ingurgitet; sitis simul temperatur. Aurántia etiam ad sitem restinguendam subinde dari queant.

Lumborum molestiæ emplastra roborantia levamen afferre possunt. Infuso tamarindorum cum senna, aliisque consimilis naturæ auxiliis, alvi ficcitati occurri potest.

Si res bene cedat; in dietâ nutriente, et omnibus quæ vires augent, intemperantiâ omnigenâ cautè simul evitatâ, diu perseverandum.

F I N I S.